completa atque ab eis hactenus usque heredibus possessionis pars aliqua detineatur. Cui omni sub-
tilitate experientia tua causam exquirat atque discutiat, et primum quidem
si sub condicione testamenti heres incedit. Et quod nostra habeat causa recta investiga-
re volumus atque ad eundem adducere. Et utilitatem pauperum sicut eius ordo popos-
cerit exsequi et tunc per ordinationem cellae illius ut redintegratione dimisse
instante esse sollicitum. Quatenus pia testatoris voluntas in utroque valeat
adimpleri, et detentatoris iniusti culpa retentionis indebite ex iusta amis-
sione cognoscatur. Cui omni ergo vivacitate causam hanc et exquirere et ad
effectum volumus domino auxiliante perducere, et pro ordinantis devotione certi-
at effectum ipso in monasterio prius in omnibus salva iustitia solaciari volumus
ut laicae personae quasi ex creditoris nomine qui vivamini debuerunt ferre solacium leden-
alias in v. cod. tio di non habeant licentiam asserit facultatem. GR CHRISANTO EPO SPOLITINO. alias in v. cod. spoletano
XCII scribat 97 Ante hoc biennium fraternitati tuae in Vanensis ecclesiae visitationis deputaveramus
officium in quo dum more scrinii nostri nihil vos de provectionibus facere voluimus cle-
ricorum. Nunc vero venientes hic praesentium portitores praedictae ecclesiae clerici dixerunt
sacerdotes se neque in eadem ecclesia neque in eius parrochiis habere. Hortamur er-
go fraternitatem tuam ut, si quidem tales potuerint repperire personas qui digni ad
episcopalis officii apicem valeant promoveri, hac eum cum sollemnitate decretorum
rumque testimonio literarum celerius dirigatis. Si vero hoc invenire non potest, cum
omni studio ac vivacitate personas exquirite qui illic in presbiterii ordine va-
leant consecrari, quorum vita actusque id subtili prius inquisitione discussa
te, ut in nullo eis ut sacri canones et ecclesiasticae regulae valeant obviare, non
ut hac provisione populus illic degens communione qua se privatos ob sacerdotii
necessitatem flebiliter conquiruntur recepisse gaudeant, et in ecclesiis illis
sacra missarum sollempnia decenter debeant. Si autem signandis infantibus fra-
ternitas tua illic curet accedere, ut nihil sit quod pastoralis sollicitudinis neglec-
XCII ta vos curare remordeat. GR CASTORIO NOTARIO NRO RAUENNAE